

# ARITHMETICES

etur, & quod inde prouenit, infra lineam directè scri-  
batur, si summa uno caractere notatur: sin duobus,  
prior character directè scribatur sub suo ordine, alter  
significans decem, in mente reseruetur, uel notatur in  
tabella, addendus summæ proximi ordinis. In fine sum-  
ma integrè scribatur.

## Primum Exemplum.

4	3	2	1
1	2	3	4

Hic 4 additis ad 1. fiunt 5. quæ scribuntur directè  
sub 4. Deinde dico 3. additis 2, fiunt 5. quæ scribo sub  
tribus: hinc dico, 2 additis ad 3. fiunt 5. quæ scribo sub  
2. Postremo dico 1 ad 4. fiunt 5. quæ scribo sub 1. Hoc  
modo:

4	3	2	1
1	2	3	4

---

5	5	5	5
---	---	---	---

## Secundum exemplum,

5	6	7
7	8	9

Hic dico, 9 additis ad 7, fiunt 16: scribo igitur 6,  
directè sub 9, & 1 significans decem, retineo in men-  
te, addendum proximæ summæ: & pergo inquiens,  
8, additis 6. efficiunt 14. quibus cum addo 1. signifi-  
cans decem reseruatum in mente ex proxima additio-  
ne fi-